

# MATTHÆI PARISIENSIS

## ADDITAMENTA.

## 1.

*Antiqua<sup>1</sup> et primitiva munimenta ecclesie Sancti  
Albani Anglorum prothomartyris.<sup>2</sup>*

MS. Cotton, Nero, D. 1. f. 148.

Regnante<sup>3</sup> Domino nostro Jesu Christo in perpetuum. Decet igitur ut regalis benignitas omnipotentis Dei et sanctorum martyrum, quantum valeat, honore prævideat, quia honor Dei et pia in sanctis Ejus devotio stabilitas est regni terreni et prosperitas longævæ vitæ et indubitata æternæ mercedis retributio. Unde ego, Offa rex Merciorum, cum Egfrido filio meo et omni consensu synodali pro remedio et salute animarum nostrarum terram quinquaginta mansionum in locis infra dictis, id est, ubi dicitur ÆtCaegesho mansiones xxxiv., ond<sup>4</sup> ÆtHeanhamstede vi. mansiones, Et Stanmere x. mansiones cum segetibus, pratis, pascuis, et silvis, et omnibus rebus mobilibus vel fixis, ad ea prænominata loca rite pertinentibus, Domino meo Jesu Christo, et Sancto Albano martyri, cujus reliquias in

Charter of Offa to St. Alban's, granting lands at Cashio, Hemel Hempstead, and Stanmore. A.D. 793.

<sup>1</sup> With these charters of donations the "Liber de Benefactoribus Monasterii S. Albani," printed by Mr. Riley in the same volume with Trokelowe's Chronicle, pp. 427-464, may be compared.

<sup>2</sup> At the foot of the page is written in Paris's hand, "A fundatione cœnobii Sancti Albani sub illustri rege Offa, posito fortuito casu quod primo anno regni sui illud fundasset, fluxerunt usque ad annum regis H[enrici] III.

"trigesimum, quo videlicet anno in medio Quadragesimæ tenuit idem rex magnum parlamentum proximo imo sequens concilium Lugdunense." The sentence is unfinished.

<sup>3</sup> This charter is printed in Kemble's *Codex Diplomaticus Ævi Saxonici*, No. 162, i. p. 197, and in the *Inspeximus* of Edward IV. in Clutterbuck's Hertfordshire, i. Append. i.

<sup>4</sup> ond Æt] ondæt, MS.

A.D. 793. spem prosperitatis præsentis et futuræ beatitudinis divina ostendit nobis gratia, in jus monasteriale tradens donabo; quatinus perpetuo jure præfata terra sancti martyris Albani ecclesiæ deserviat. Et per magnum omnipotentis Dei nomen et terribile Ejus judicium adjuro, immo et impero, quod nullus supervenientibus temporibus, seu rex seu episcopus aut aliqua magna vel parva persona, aliquid de his meis donis, quæ Deo et sancto martyri Ejus dedicavero, immutare seu auferre seu inminuere præsumptuose<sup>1</sup> audeat, ne[c] aliquam molestiam aut ecclesiæ aut silvis ad eam pertinentibus inferre præsumat; sed sit libera omnino ab omni<sup>2</sup> tributo et necessitate, seu regis, seu episcopi, ducis, judicum, comitum, exactorum etiam, et operum quæ indici solent, necnon et expeditionis, et omni edicto publico perpetuo eam libertate donabo. Sed obsecro quatinus studeant supervenientes reges auxiliare, defendere, et curam illius ecclesiæ habere in omni bonitate, sicut et ego habeo; ut sit illi et regno ejus benedictio et protectio a Domino Deo et sancto Ejus martyre<sup>3</sup> in perpetuum. Si autem quisquam loci hujus curam non habuerit vel eum malitiose tractaverit, sciat et sentiat sancti martyris seipsum benedictione privari, et rationem ante tribunal Christi redditurum. Hoc vero monasterium cum his præfatis terris Willigoda presbiter habeat, et regat dies suos; et monachicam in eo vitam vivat, doceat, et quantum valeat, erigat. Post dies autem illius eligant sibi fratres cum consilio illius episcopi, qui super eos erit, si habent dignum et monachicæ vitæ eruditum, ex semetipsis quem voluerint; si autem, quod non opto, acciderit quod ibi dignus nequeat inveniri, prævideat ille episcopus cum consilio fratrum, qui illud monas-

*Nota<sup>4</sup> hoc dictum respicere tempus, antequam Romam adire dis- poneret, ubi ab omni episcopali subjectione ecclesiam exem- mit; sed hanc con-*

<sup>1</sup> *præsumptuose*] presumptuose MS.

<sup>2</sup> *omni*] Erased, and *pascue* substituted in the margin by Paris.

<sup>3</sup> *martyre*] martyrio, MS.

<sup>4</sup> This note is in Paris's hand in the inner margin.

terium digne secundum regulam monachicæ vitæ gu- A.D. 793.  
 bernare sciat et velit. Jam jamque, iterum iterumque, *fecit pro*  
 in nomine Domini præcipio et adjuro, quatinus in eo *cautela ;*  
 loco regula Sancti Benedicti abbatis doceatur et exer- *ne si obiter*  
 ceatur, quantum possibile est, perpetuo jure. Etsi *moreretur,*  
 ipsa elemosina oret ad Dominum pro faciente, tamen *ecclesia*  
 obsecro ut assiduæ intercessionibus pro anima mea et *tali liber-*  
 amicorum meorum canonicis horis semper in ea am- *tate desti-*  
 moneantur ecclesia; quatinus omnipotentis Dei cle- *tueretur.*  
 mentia, quæ tale thesaurum temporibus meis gentibus  
 et populis Anglorum aperire dignata est, mihi quoque  
 æternum in cælis thesaurum cum sanctis Suis donare  
 dignetur. Scripta est hæc cartula anno Dominicæ  
 Incarnationis DCCXCIII., indictione tertia,<sup>1</sup> anno vero  
 Offan<sup>2</sup> regis Merciorum xxxiii.,<sup>3</sup> in loco celebri qui  
 dicitur Celchyth, præsentis synodali conventu, testibus-  
 que infra nominatis confirmata. Data die regnante  
 Domino nostro in perpetuum.

*Testimonia magnatum.*

- ✚ Ego Offa hanc donationem meam signo crucis Christi confirmo.
- ✚ Ego Ecgfridus [scilicet filius ejus],<sup>4</sup> similiter consentio et subscribo.
- ✚ Ego Ceoluulfus rex id ipsum consentio.
- ✚ Ego Cenuulfus rex consentio.
- ✚ Ego Beornulfus rex.
- ✚ Ego Ludecha rex.
- ✚ Ego Uuilaf rex.
- ✚ Ego Egbirhtus rex.
- ✚ Ego Beortulfus rex.

<sup>1</sup> *tertia*] An error for *prima*.

<sup>2</sup> At the foot of the page Paris has written, "Nominativo hic Offan, genitivo Offanis, secundum antiquos." At the side of the page is a rude drawing of the martyrdom of S. Alban, with the executioner's eyes dropping into his hand.

<sup>3</sup> This makes the year of Offa's accession 760 instead of of 755 as given in the A. S. Chronicles. It is the same in the next charter, and Gesta Abbatum, i. p. 6.

<sup>4</sup> These words are interlined by Paris.

## 4 MATTHÆI PARISIENSIS CHRONICA MAJORA.

- A.D. 793. † Ego Burhredus rex.  
 † Ego Ælfredus rex.  
 † Ego Higberctus archiepiscopus, consensi et subscripsi [Lichfield].  
 † Signum Æthelhardi archiepiscopi [Canterbury].  
 † Signum Ceolwulfi episcopi [Lindsey].  
 † Signum Hunwone episcopi [Leicester].  
 † Signum Ceolmundi episcopi [Hereford].  
 † Signum Ealcheardi episcopi [Elmham].  
 † Signum Ælfhuni episcopi [Dunwich].  
 † Signum Heaberti episcopi.  
 † Signum Heathoredi episcopi [Worcester].  
 † Signum Cynehardi episcopi [Winchester?].  
 † Signum Deneferdi episcopi [Sherborne].  
 † Signum Cenwalchi episcopi [London].  
 † Signum Wermundi episcopi [Rochester].  
 † Signum Wihthuni episcopi [Selsey].  
 † Signum Wynberhti episcopi.  
 † Ego Wicga dux.  
 † Ego Æthemundus dux.  
 † Hearbertus dux.  
 † Brorda dux.<sup>1</sup>  
 † Binna dux.<sup>1</sup>  
 † Esne dux.<sup>1</sup>  
 † Heaberht dux.<sup>1</sup>  
 † Cudbehr dux.  
 † Æmund dux.  
 † Ceolweordus dux.

## 2.

*Item aliud munimentum, ab eodem rege Offa.*

f. 148. Regnante<sup>2</sup> in perpetuum Deo et Domino nostro Jesu  
 Charter of Christo. Licet per totum ubique mundum beatorum  
 Offa to St.

<sup>1</sup> *dux* is repeated by the scribe in these four instances.

<sup>2</sup> This charter is repeated with additions in f. 151 (2), and f. 151 b (3). It is printed in the above-

mentioned *Inspeximus*, p. 7. *Kemble* No. 161, i. p. 195 gives it without the additions, and with the date of 792. See also *Haddan and Stubbs, Councils*, iii. p. 469.

martyrum, qui suum pro Christo sanguinem fuderunt, merita divinæ laudis exultatione celebranda sint, eorumque Dei auxilio exempla gloriosa sequenda, præcipue nobis tamen beatissimi Albani, qui sub hac Britanniae insula gloriosus martyrio effulsit, memoria pia semper intentione et sedula sollicitudine observanda est. Unde ego Offa gratia Dei rex Merciorum, cum filio meo Egfrido, pro amore omnipotentis Dei et hujus sancti intercessione, terram xxx. manensium in locis quorum subinferuntur nomina Domino meo Jesu Christo, ad ecclesiam Sancti Albani, ubi ipse tyro primus in passione victima effectus est, jure perpetuo perdonabo. Eoque delectabilius hanc donationem perficio, quia superna protectio tam nobile temporibus nostris thesaurum, quod diu fuit clausum et hujus terræ indigenis abditum, revelare dignata est. Hæc itaque sunt supradictarum vocabula terrarum; Et Uineshawe,<sup>1</sup> duodecim manensium, cum terminis suis, Et Scelfdune<sup>2</sup> sive Baldinigcotum,<sup>3</sup> trium manensium, quorum scilicet trium manensium terminati sunt hæc; Swanaburna,<sup>4</sup> Heortmere, Stret Uuealeberoc;<sup>5</sup> item vero x. manensium, ubi dicitur Scuccanhlaui<sup>6</sup> vel Fenn-tunn, cum silva quæ cognominatur Horwudu,<sup>7</sup> cum terminis suis; Æt Lygetune<sup>8</sup> v. manensium, quam videlicet terram Almundus abbas expeditionem subterfugiens mihi reconciliationis gratia dabat. [Et<sup>9</sup> quoniam ipse martyr Alnulfus caput et exemplum Christianitatis omnis Britanniae indubitanter habetur, dignum est ut locus in quo sanctum corpus illius requiescit et

<sup>1</sup> *Et Wineshawe*] *Et Wineslauue*, (2); *Æt Wineshlaue*, (3). *Winslow*, Bucks?

<sup>2</sup> *Shipton*, Bucks.

<sup>3</sup> *Baldinigcotum*] *Baldiningtotum*, (2). The line is omitted in (3).

<sup>4</sup> *Swanbourne*, Bucks.

<sup>5</sup> *Fulbrook*, Bucks? The other copies give *Stretwealabroc*.

<sup>6</sup> *Shecklow*, Bucks.

<sup>7</sup> *Harwood*, part of *Brill Forest*, Bucks.

<sup>8</sup> *Luton*, Beds?

<sup>9</sup> This passage, given in the two later copies, is omitted in the first. *Alnulfus* is probably an error for *Albanus*.

## 6 MATTHÆI PARIISIENSIS CHRONICA MAJORA.

A.D. 795. ab omni populo veneratur, speciali quadam et singulari<sup>1</sup> privilegii libertate per<sup>2</sup> nos honoretur.] Hoc quoque,<sup>3</sup> consentientibus episcopis meis et abbatibus, ducibus ac principibus, sub invocatione Sanctæ Trinitatis et individuæ Unitatis, donando præcipio, quatinus<sup>4</sup> tota terra illa sit libera ab omni tributo et necessitate seu regis, seu episcopi, ducis, judicis, et exactorum, et operum quæ indici solent; neque emendatione pontium,<sup>5</sup> neque fossam<sup>6</sup> adversum inimicos faciendam; totum omne præfatae terræ stipendium et exactio ad supradicti martyris tumbam insolubiliter persolvatur. [Statuo<sup>7</sup> etiam et communi fidelium meorum assensu confirmo ut episcopi vel eorum ministri nullam aliquatenus super ipsam ecclesiam vel super parrochiales ecclesias eidem quibusque temporibus subjacentes, nisi tantummodo cum advocati fuerint, dedicandi vel in Paschali solennitate crisma sanctum et oleum ex more tribuendi potestatem habeant, nec earum presbiteros ad synodum suam vel capitulum convocare, vel ab officio divino suspendere seu aliquod in eos vel minimum jus exercere præsumant; sed omnia quæcunque ecclesiæ sancti fuerint, abbatis solummodo ejusdem monasterii potestati tractanda libere subjaceant. De censu quoque singulis annis per universam Britanniam colligendo et sanctæ Romanæ ecclesiæ pro stabilitate regni nostri et salute communi transmittendo decernimus, ut quantum in terra sancti martyris provenerit ab his quibus injunctum fuerit ab abbate undecunque collectum nullatenus alias asportetur, sed altari beati Albani fideliter oblatum ad utilitatem ejusdem ecclesiæ secundum quod abbas decreverit inviolabiliter expendatur.] Et si forte quis intra ejusdem

<sup>1</sup> *singulari*] singularis, (2).

<sup>2</sup> *per*] ad, (2).

<sup>3</sup> *quoque*] igitur, (2), (3).

<sup>4</sup> *quatinus . . . libera*] For this (2) and (3) have, "ut ecclesia Sancti Albani omnisque possessio nunc et futuris temporibus illi subdita semper sit libera et quietæ."

<sup>5</sup> *pontium*] pontum, all three copies, and the *Inspeximus*.

<sup>6</sup> *fossam*] fossa (2).

<sup>7</sup> The passage in brackets, evidently a later interpolation, is in the copies in ff. 151 *b*, 152, not in that in f. 148 *b*.

ecclesiæ potestatem aut extra cum episcopo seu abbate A.D. 795. communis inveniatur, bello, furto, vel fornicatione, aut alio quolibet simili reatu astrictus; semper ea pars pœnæ et emendationis, quæ regi vel<sup>1</sup> episcopo debetur, ad beati Albani monasterium inviolato semper fœdere reddatur. Credo enim et veraciter confido, quod hæc munificentia non solum mihi meisque, sed etiam universis Anglorum populis, sullimiter proficiat;<sup>2</sup> quia pro Ejus<sup>3</sup> amore ille miles intrepidus meruit coronari, Qui totius mundi pericula passus est Suo sanguine expiare. [Si<sup>4</sup> autem, quod absit, uspiam quis larvarico attactus instinctu mente subdola hoc machinatus fuerit annullare vel quippiam in pœnis quam constituimus transvertere, sua pro<sup>5</sup> audacia à cœtu in hac vita anathematizetur fidelium, et in tremendo Dei examine, astantibus cælorum agminibus hominumque turmis, necne et horrendis Herebi vernulis palam cunctis; damnetur cum hædis, Averni cruciamenta sine fine luiturus, ni ante obitum condigne emendaverit.] Hæc sunt nomina testium, qui hanc donationem meam consentientes signo crucis Christi confirmarunt:

- ✠ Ego Offa rex huic donationi meæ signum crucis impono.
- ✠ Ego Ecgfridus paternæ munificentiae consentiens subscripsi.
- ✠ Ego Higbertus archiepiscopus consensi et subscripsi [Lichfield].
- ✠ Ego Ceoluulfus episcopus consensi et subscripsi [Lindsey].
- ✠ Ego Heathored<sup>6</sup> episcopus consensi et subscripsi [Worcester].
- ✠ Ego Unwona episcopus consensi et subscripsi [Leicester].

<sup>1</sup> *vel episcopo*] episcopo comiti, (3); om. (2).

<sup>2</sup> *proficiat*] profert, (2), (3).

<sup>3</sup> *Ejus*] Cujus, (1).

<sup>4</sup> This passage is only in the copy in f. 152.

<sup>5</sup> *pro*] p., MS. See the same passage at the end of No. 9.

<sup>6</sup> *Heathored*] Heothored (1).

Cambridge University Press

978-1-108-04904-7 - Chronica Majora: Volume 6: Additamenta

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

## 8 MATTHÆI PARISIENSIS CHRONICA MAJORA.

- A.D. 795. † Signum manus Alhmundi abbatis.  
 † Signum Beonnan abbatis [Medeshamsted].  
 † Signum Wimundi abbatis.  
 † Signum<sup>1</sup> Forthredi abbatis.  
 † Signum Brordani patricii.  
 † Signum Binnani principis.  
 † Signum Æsuuini<sup>2</sup> ducis.  
 † Signum Alhmundi ducis.  
 † Signum Uuigberti ducis.  
 † Signum Æthelmundi ducis.  
 † Signum Eadgari ducis.  
 † Signum Heardberti ducis.  
 † Signum Ealhmundi ducis.  
 † Signum Cuthberhti ducis.  
 † Signum Eadberhti ducis.  
 † Signum Wulfheardi ducis.  
 † Signum Ealheri ducis.

Perscripta est autem hujus donationis cartula anno Dominicæ incarnationis DCCXCV., indictione quinta,<sup>3</sup> et regni regis Offanis xxxv., sub quarto nonas Maias, in loco qui dicitur ÆtBeranforda.<sup>4</sup>

Burford,  
Oxon.

## 3.

f. 148 b. Ego<sup>5</sup> Egfridus [gratia<sup>6</sup> Dei] rex Merciorum, anno  
 Charter of Dominicæ incarnationis DCCXCVI., indictione quarta,  
 Egfrith to Willegoda, primo autem anno regni nobis a Deo concessi,  
 abbat of St. terram itaque quinque manensium, in loco qui di-  
 Alban's, citur Pinnelesfeld,<sup>7</sup> cum antiquis terminis, pro  
 with the grant of benedictione nostri regni abbati Willegoda nomine  
 Pynesfield. ad possidendum dabo; de illa namque in nomine  
 A.D. 796. Domini præcipiam ut semper sit beato Albano et  
 [v. Gesta Abbatum, i. p. 6.]

<sup>1</sup> This signature is omitted in (2), (3).

<sup>2</sup> Æsuuini] Esunini, (1); Eruuini, (2).

<sup>3</sup> quinta] An error for *tertia*.

<sup>4</sup> ÆtBeranforda] Æt Beornforda, (2); Beoranforda, (3).

<sup>5</sup> This charter is repeated, f. 152. It is printed in Kemble's *Codex*, No. 172, i. p. 208.

<sup>6</sup> *gratia Dei*] om. (1).

<sup>7</sup> *Pinnelesfeld*] Pinnesfeld, (2). It is a manor in Rickmansworth, Herts.



monasterio suo subjecta. Et terræ illæ a laborio- A.D. 796.  
 sis operibus et ab omnibus tributis vel censuris et  
 ab omnibus refectionibus regum vel principum seu  
 omnium expeditionum, pro redemptione animæ meæ,  
 libertatem fixam, immutabilem, concedere curabo; et  
 possessor illius terræ non habeat potestatem hanc  
 terram a beato Albano diribare. Qui augeat beato  
 Albano et monachis suis benedictionis gratiam, augeat  
 illi Deus in cælesti Hierusalem pacem et vitam æter-  
 nam. Conscriptus est autem hic liber<sup>1</sup> in loco qui  
 dicitur Celchyth, in synodo publico. Hæc sunt no-  
 mina testium hujus donationis.

- ✚ Ego Ecgfridus rex hanc meam donationem cum  
 signo crucis confirmare curabo.
- ✚ Ego Caenuulfus<sup>2</sup> rex Merciorum concedo.
- ✚ Ego Cynedryth regina conscripsi.
- ✚ Ego Sigricus dux.
- ✚ Ego Æthelheardus archiepiscopus [Canterbury].
- ✚ Ego Unuona episcopus [Leicester].
- ✚ Ego Weohtunus episcopus [Selsey].
- ✚ Ego Alhmundus episcopus.<sup>3</sup>
- ✚ Ego Beonna abbas [Medeshamsted].
- ✚ Ego Fothredus abbas.
- ✚ Ego Ælfhunus episcopus [Dunwich].
- ✚ Ego Sighere filius Siger.
- ✚ Ego Brorda dux.
- ✚ Ego Esne<sup>4</sup> dux.
- Ego Wigbertus ✚ dux.
- Ego Cydda ✚ dux.
- Ego Wycga ✚ dux.
- Ego Wynbertus ✚ dux.
- Ego Alhmundus ✚ dux.
- Ego Heardbertus ✚ dux.

<sup>1</sup> *liber*] om. (1). This sentence follows the signatures in (2).

<sup>2</sup> *Caenuulfus*] Ceanulf, (2).

<sup>3</sup> *episcopus*] Probably an error for *abbas*. He became bishop of Winchester in 802.

<sup>4</sup> *Esne*] Erne, (2).

Cambridge University Press

978-1-108-04904-7 - Chronica Majora: Volume 6: Additamenta

Matthew Paris Edited by Henry Richards Luard

Excerpt

[More information](#)

## 10 MATTHÆI PARIISIENSIS CHRONICA MAJORA.

A.D. 796. Ego Cuthbertus † dux.  
 Ego Brorda † dux.  
 Ego Eobingus † dux.

4.

f. 148 b. Ego<sup>1</sup> Ecgfridus, gratia Dei rex Merciorum, anno  
 Charter of Dominicæ incarnationis septingentesimo nonagesimo  
 Ecgfrith to St. sexto, indictione quarta, primo vero anno regni nostri,  
 Alban's, terram x. manensium nomine Thyrefeld cum terminis  
 A.D. 796, suis Domino meo Jesu Christo et Ejus pretioso mar-  
 granting tyri Albano liberaliter ac æternaliter, cum consensu  
 land at ac testimonio optimatum meorum, in<sup>2</sup> jus monasteriale  
 Turville, Bucks. pro anima mea et parentum meorum devotissime  
 tribuo et libenter concedo. Sitque prædicta terra  
 ab omni terrenæ servitutis jugo semper aliena, atque  
 eadem libertate sit libera qua cæteræ terræ monasterii  
 beati Albani conscriptæ atque concessæ sunt a glorioso  
 Offano<sup>3</sup> genitore meo.

† Ego Ecgfridus rex hanc meam donationem cum  
 signo crucis confirmare curabo.

† Ego Cynedryd regina consensi.

† Ego Æthelheardus archiepiscopus consensi.

† Ego Unwona episcopus [Leicester].

† Ego Weohtunus<sup>4</sup> episcopus [Selsey].

† Ego Beonna abbas [Medehamstede].

† Ego Elfhun episcopus [Dunwich].

† Ego Brorda dux.

† Ego Uuigbertus dux.

† Ego Uuicga dux.

† Ego Alhmundus dux.

† Ego Cuthbertus dux.

† Ego Eobing dux.

† Ego Forthred abbas.

† Ego Sighere filius Siger.

<sup>1</sup> This is repeated, f. 152 b. It is printed by Kemble, No. 173, i. p. 209. | <sup>3</sup> *Offano genitore*] Offanigenitori, (1).

<sup>2</sup> in . . . meorum] om. (2).

<sup>4</sup> *Weohtunus*] Weolthun, (2).